156

libus ecclesijs Canonici eorum Capellani successerunt apud
sanctam crucem ¶ Lodwicus quintus langravius Thurin
gie duxit sanctam Elizabeth ¶ Beatus dominicus predicator
magnus institutor ordinis predicatorum obijt ¶ Henricus
filius ff coronatur aquisgrani ¶ Syffridus Archi
episcopus maguntinus in Consilio Erforden statuit quod de
festo huius sanctae tres laudes celebretur cum nouem lectionibus
¶ Ordo heremitarum sancti Augustini cepit ¶ Beatus
ffranciscus institutor ordinis minorum obijt
¶ Tempore eciam ff predicti passagium magnum factum est In quo
fuit ipse metffrederi(cus) Item Rex vngarie Rex Cipri
dux bauarie Et lodwicus maritus sancte Elizabeth
qui et tunc obijt in apulia et multi alij nobiles cum
populo innumerabili et tunc Imperator ff recuperauit quasi
totam terram sanctam coronatus in Iherusalem die sancto pasche
Cum autem regnum Sicilie potenter muniret triplici dya
demate insignitus multipliciter per papas infirmatur quasi
si inuasorem predium ecclesie Et creuit odium in tantum ut
Imperator inde discedens terram istam derelinqueret in
manibus inimicorum et eo recedente inter christianos
ibi manentes filia dyaboli discordia regina inferni
in potentissima subintrauit cum suis sororibus scilicet cu
pula luxuria et superbia in tantum quod cum vni parti placeret
pugna alteri displicuit sicque bellum intestinum destruxit
regnum in tantum ut post ff a nullo posset plene recupe
rari ¶ Soldanus enim Babilonie Iherusalem iterum cap
ta occidit ibi ultra mille christianos ¶ Ille ff 29
de quo dictum est fuit ab Augusto primo Nonagesimus quintus
ut dicitur in Cro(nica) Marti ¶ Cum hoc eciam ff Gregorius nonus de ...
infirmi pace et concordia faciens ipsumque ab excommunicatione
absoluens inuitauit ad mensam ~ ¶ Et anno sequenti

Ordo Augustinensis siue heremitarum anno 1240

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_924/0317

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG